**Arguitur** sexto. Terminus communis supponens simpliciter non appellatur igitur littera per his falsa. probatur ans. illud quod appellat facit rem existentem: sed nullus universalis existit. igitur terminus communis non appellatur. Dico est per his in textu. Minor propter quod quod existit est singulare: quia omne quod est ideo est quia unum numero est. constat autem quod universalis non est singulare. ut dicitur primo po-

## Berestrictione

sterior. vniuersale enim est ubiqꝫ et semper singulare aut est hic et nunc. Dico verū argumentum concludit qꝫ omne qđ est in ultimo actu nature hoc est singulare: qđ sc̄z est generabile et corruptibile. hoc autē non conuenit vniuersali per se: quia vniuersale non est generabile per se nec corruptibile per se: sed est generabile ad generationem singularis: et corruptibile ad corruptionem singularis: et etiam licet vniuersale non existat quo ad esse existente per se: sufficit qꝫ existit km̄ esse essentie et nature sue p̄prie.

**Arguitur** non idem sc̄at et appellat. probatur ans. significare est intellectus rei constituere. sed singulare non est intelligibile: ergo terminus singularis non sc̄at: et p̄pns non appellat. Major est arist. primo periermenias. Minor quia sensus est singularium: et intellectus vniuersalium modo vniuersale non est singulare. Dico verum est qꝫ singulare non est intelligibile primo et directe: sed ex p̄pni ei indirecte. quia in intellectus intelligens vniuersale ex p̄pni intelligit omnia sua singularia.

**Arguitur** octauo. Ex diffinitione appellationis sequit̄ falsum. igitur ipa nor valet. pbatur ans. quia sequetur qꝫ nomina accidentū non appellaret qđ est falsum. per nomina enim accidentū sit aliquando appellatio forme simplicis aliquando appellatio forme. aliquando etiam sit appellatio rationis. vnde et arist. sc̄do elencoꝫ ostendit qꝫ ista p̄na non valer. cognosco coriscum: et coriscus est venies ergo cognosco venientem. et istam p̄nam cōcedit. coriscum cognosco: et coriscus ē veniens. ergo venientem cognosco: et non propter aliud nisi p̄pter variationem appellationis. pbatur sequela. quia terminus qui debet appellare debet sc̄are rem existente. vt dicit diffinition. Constat autem qꝫ nomina accidentū non sc̄ant res existentes: sed inherentes ut accidens: modo accidens semper cadit ad aliud. vt dicit porphyrus.

Dico verum argumentum concludit qꝫ nomina adiectiva quantum ad sc̄ationem suā formalem non appellantur: sed quantum ad suam significationem materialē: in quantum sc̄z nominant materiam subiecto cōiunctam. Et sic possunt appellare. vnde et aliqui dicunt. qꝫ adiectiva masculini et feminini generis non appellantur. quia ratiō capiuntur pure adiective: sed adiectiva in neutro genere capta et substantiata bene appellantur. et km̄ istum modum modificanda est diffinition appellationis.

**Circa tractatus restrictionum queritur primo** Utrū diffinition restrictionis et eius due divisiones cuꝫ primis tribus regulis a petro hispa no sunt sufficienter assignatae.

**I**ste est tractatus quintus partialis septimi tractatus Pe. his. in quo pe. hispa. de terminat de restrictione terminorum. Questio itaqꝫ mora tria querit. Primo querit. virū diffinition restrictionis quam ponit pe. hispanus in texu sit sufficienter assignata. Secundo querit. utrum due divisiones restrictionis sint bene posite. Tertio querit. utrum p̄me tres regle restrictionis in texu sint sufficienter assignatae. Pro intellegētione partis p̄me

**Notandum est p̄mo.** Petrus hispa. ita diffinit̄ restrictionē. Restrictio est coartatio termini cōmuni a maiori suppositione ad minorem. Pro cuius diffinitionis intelligētia notandum qꝫ diffinit̄ p̄sentis diffinitionis est restrictio logicalis. Dicit autē restrictio quasi stricta suppositio: terminus em̄ qui restringit trahit p̄ dictiōnem restringentem a suppositione maiori ad minorem. merito itaqꝫ interpretatur restrictio quasi restrictio suppositio. vt cum dico homo currat homo accipit. in differenter pro masculis et etiam femellis: sed etiam cum dico albus homo currat: iste terminus homo restringit per hoc adiectum ad standum solum pro masculis et non femellis. similiter cum dico homo currat homo accipit in differenter p̄ albis et nigris

hominibus: sed cum dico albus homo currit: solū accipitur p albis: ppter hoc adiectum albus quod additū huic termino cōmuni homo: restringit ipsum p albis rāctū. **S**equitur corollarie quod terminus vbi cunḡ ponitur eque multa fac̄ significatiōne essentiālē et primariā: licet non pro eque multis supponit. Restrictio ergo nō sit pro fac̄tione primaria et essentiālē terminoz: sed solū p fac̄tione accidentalē: que est suppositio termini. In ista ergo ppositiōe albus homo currit: iste terminus hō fca: omnes homines tam albos q̄ nigros fac̄tione primaria et essentiali: n̄ accidētāliter accep̄itur solū p albis p quibus supponit. Sic et in ista ppositione: iste homo currit: iste terminus hō fac̄tione essentiālē et primaria fac̄t omnes homines: tamen significatiōe accidentalē restrictionis solū accipitur p uno et p uno supponit. Pro genere autem in diffinitione ponitur coartatio. Coartatio est cōmunius quoddam q̄ restrictio. omnis enim restrictio est coartatio: sed non econtra. Cum dico mortuus homo. silt imaginabilis homo: est quedā coartatio terminoz: tamen prie non est restrictio. Lū enim dico mortuus homo: non est suppositio: sed restrictio est quedā suppositio. Dicitur in diffinitione vlt̄rius termini cōmuniis: ad denotandū q̄ terminus singularis prie nō restringit vnde eu dico albus iohānes: niger iohānes: non est prie restrictio. Ratio quia restrictio sit p suppositis pro quibus terminus supponit: modo iste terminus iohānes non habet sub se supposita. quia terminus singularis non habet inferius. Sed cum dico albus iohānes: niger iohānes: est quedā determinatio accidentalis huius quod est iohānes nō quidem p suppositis sed p modo determinatio accidentalē. Ult̄mo cum dicuntur: suppositione maiori ad minorē: tangit dīntia inter ampliationem et restrictionē. in ampliatione enim est lata et ampla suppositio. et restrictione vero restrictio et diminuta. **S**equit corollarie q̄ subiectū scientie huius tractatū est terminus restringibilis. patet quia est cōmuniū in scientia huius tractatū i consideratiō primo notū modo hoc requiritur ad subiectū scientie. vt ostendit p̄simo posterioz. **E**ius autē p̄sia passio est posse restringi vel restrictio: que ostendit ei inesse p diffinitione subiectū ipsam ponendo p medio: et propriā passionē p maiori extremitate: et ipsum subiectū p minori. sic arguēdo. omne quod coartatur a maiori suppositione ad minorē hoc restringitur: sed terminus restringibilis coartat a maiori suppositione ad minorē: ergo terminus restringibilis restringitur vel p̄sō restringi.

**N**otandum secundo. q̄ postquā Petrus hispanus posuit dionē restrictionis ponit duas divisiones restrictionis. Prima q̄ quedā restrictio ut per nomen: et maxime p nomen adiectū: vt albus homo: iste terminus cōmunius homo restringit solū p hominibus coloratis albo colore et non nigro nec medio. rāno autem ihus quare nomen adiectū restringit substantiū: q̄ nomen adiectū fac̄t formā substantiū vero materiā. forma autem ponit rem in specie et esse. vt dicit primo p̄sicoz. Alia sit p verbū. vt homo currit: iste terminus homo restringit solū ad presentes. Alia sit per participiū. vt homo currens disputat: iste terminus homo restringit solū p presentib⁹. Alia sit per implicationē: vt homo qui est albus currat: iste terminus homo restringit per hoc cōplexum qui est albus: ad standū solum p albo homine. vnde Implicatio est completum ex relatiōne qui que vel quod restrictio capro: et adiectuo ei addito: qui enim vel que vel quod restrictio capiū restringit terminū qui ponitur a parte subiecti ad standū p his vel p illo fm q̄ determinatio accidentalis addita ibidem requiri vt hic homo qui est albus currat. hoc relatum qui restrictio captum cum isto addito est albus dicuntur implicatio: et restringit illum terminū homo ad standū p illo p quo hoc adiectū albus exigit: vnde hoc iustum homo qui est albus supponit p̄sō homo albo. Eadem restrictio vel similis potest fieri a parte predicati. vt homo currit qui est albus. vnde et in texū dicitur q̄ hoc iustum

## Ber restrictione

qui est albus dicitur implicatio. Restrinxit autem implicatio sicut vim et naturam adie-  
cuius quod in tali implicazione includitur. Postea per hisponit secundam diuisi-  
onem restrictionis, et est. Restrictio facta per nomine quedam sit per inferius: cu sez  
inferius additum superiori restrinxit superius. vi animal homo currit: animal per se possit  
cum accipitur pro qualibet animali. sed cum dicuntur animal homo, accipitur solu pro  
animali quod est homo. Alio est restricione que sit per differentiam specificam et essentialem  
addita suo generi. et tunc differentia addita generi. ut dicunt Porphyrius, constitutus specie  
et dicendo. animal rationale, differentia enim adveniens generi constitutus species.  
Alio restrictio super adiectum accidentium. ut dicendo, albus homo currit, hoc adie-  
cuius albus restrinxit hoc substantiu homo solu ad supponendum pro albis hominibus.  
¶ Sequitur corollarie primo quod aduerbia proprie non restrinxit dicendo: valde bene:  
vel curru velociter. Ratio quia dictio restrinxit terminum cui additum ad sup-  
positionem: sed verba quibus adduntur aduerbia non supponuntur. dictum enim est ante in li-  
bro suppositionum quod verba copulant et adiectiva: sed non supponunt.  
¶ Sequitur corollarie quod pro omnibus licet adduntur terminis communibus ut dicendo iste  
homo currit: tamen pro nominis solum restrinxit terminum cui additur secundum rem: ex quo  
pronomina quodammodo sunt adiectiva modo adiectivo quod est restrinxit etiam per  
nomina restrinxit secundum rem et modum simul quia tale restrinxit debet esse verum  
adiectivum: et debet postponi illud quod restrinxit. ut homo albus. modo pronomina propo-  
nuntur suis determinabilibus, ut iste homo currit. Etiam pronomia ideo non restrinxit:  
quia restrictio sit in una specie suppositionis tantum. scilicet in personali modo cu dicitur iste  
homo est suppositio discreta et personalis. sicut petrus hispanus. ut dictum est in scientia  
suppositionum.

**Notandum est tertio quod per his cum divisione restrictio**  
nis ponit plures regulas. Et primo ponit regulam de restrictione que sit per nomen. et est.  
Omne nomen non diminuens nec habens vim ampliandi adiunctum termino magis  
comuni ex eadem parte restrinxit talis terminum comum ad supponendum pro his ad  
que exiguita facio. ut animal homo. iste terminus homo additum huic termino animal  
restrinxit ipsum ad faciem sua. cu enim dicitur animal homo. iste terminus animal non accipi-  
tur per qualibet animali in differenter: sed solu per animali quod est homo. Sic similiter hic  
homo albns. iste terminus homo restrinxit et accipitur tamen per hominem albem ratione huius  
adiectionis albi. Dico notanter primo in regula omne nomen non diminuens proprie non  
vel participia que sunt determinantes diminuentes. ut mortuus: corruptus. que proprie  
non restrinxit illud cui adduntur: sed potius eius ratione formaliter minuitur. Cum enim  
dicitur homo mortuus: hoc participium mortuus: quod per logicum est nomen communiter ca-  
piendo nomen ut comprehendant sub se participium minuit ratione et vera essentia hois.  
homo enim mortuus non est homo: sed est cadaver hominis. Dico notanter in regula secunda  
non ampliandi quod nomen ampliati additum termino non restrinxit ipsum a maiori  
ratio supponere ad minoriter: sed potius ampliat et auger eius suppositionem: ut est hoc partici-  
pium potens. sicut hoc verbum potest. Cum enim dicitur homo: per se stat per hominem viuo  
qui actu est in mundo: sed cu dicitur homo potes esse: homo accipitur per hominem quod potest  
ad huc generari: licet non est in mundo.

¶ Sequitur corollarie quod dicendo homo albus. uno respectu est plus commune  
quod homo. patet quia albus vel eius formale albedo reperitur in pluribus quam homo  
vel natura humana. albedo enim reperitur in pluribus rebus quam natura humana. im-  
mo albedo non reperitur in homine quo ad totam speciem plures enim sunt nigri quam albi  
in mundo. ut patet ex descriptione Prothomelii cosmographia sua. Alio enim respectu  
est minus commune quam homo: ut si albus referatur ad omnes homines quia non omnes

hoies sunt albi: sed multi sunt nigri: et medio colore colorati. ¶ Sequit̄ corollarie q̄  
in ista hō albo currit: albus pō restringere hoiez et hō:pō restrin gere hoiez hō. qd ē alb:  
secundū diversum respectū significatiois cōmunioris vel minus cōmuniis. et ergo dis  
cit Petrus hispanus in texu: q̄ in ista homo albus: utruncq̄ coartat alterū secundū  
diversa. id est secundū diversos respecus. ut dictum est. Dico noranter in regula pos  
tus a parte eadem vel eiusdem extremi. quia si nomen diuinum ponetur a parte  
alterius extremi: ut a parte predicationis non restringeret terminū possum a parte  
subiecti. ut patet in ista homo est albus. ut statim probabitur inferius. si enim in ista homo  
est albus: p̄dicatum restringeretur et subiectum: tunc ista esset necessaria: homo est al  
bus. valereret enim tantū q̄ homo albus est albus: qd est necessariū: et tamē ista est cō  
tingens et in materia contingenti. homo est albus.

**N**otandum quarto et vltimo q̄ petrus hispanus in te  
xi ponit secundam regulā: et datur de termino restricto. et est. Signū vniuersale sive  
affirmatiū sive negatiū additū termino restricto non distribuit ipsum nisi p̄ his  
rebus et suppositionis ad que supposita restringitur per terminū restringentem ei addit  
um. ut patet in ista: omnis homo albus currit. iste terminus homo restringitur p̄ hoc  
adiectū albus solum. p̄ albus hominibus. et etiam distribuitur p̄ hoc sine cathego: rema  
omnis solum pro albis. Ratio quia omne quod recipiunt fin naturā recipientis reci  
pitur ut dicit cōmentor: tertio de anima. sed quia natura et virtus distribuuntur huic  
sine cathego: rem omnis recipiunt in terminū qui restringuntur: et stat solum pro albis  
et per consequens euā distributio huic signū omnis: est solum pro albis.

**C**tercia regula quam ponit Petrus hispanus in texu est. Terminus restringens  
sive si nomen sive verbū positus a parte predicationis non restringit terminū possum  
a parte subiecti quo ad significacionē principalem eius licet poterit cum restringere  
quo ad consignificationem. ut patet in ista homo est albus. hoc adiectū albus pos  
sum a parte p̄ predicationis non restringit istum terminū homo positū a parte subiecti: quo  
ad significacionē principalem: ut ad albos homines: sed solum quo ad consignificatio  
nem eius: ut pro masculis: et quo ad genus masculinum. Ratio autē istius quare ad  
iectū possum a parte predicationis non restringit terminū possum a parte subiecti p̄  
significationem: vel quo ad significacionē principalem. ut in ista homo est albus. quia  
tunc in ista omnis homo est albus. hoc sine cathego: rema omnia adueniens huic ter  
mino homo distribuit solum ipsum pro albis hominibus: iuxta regulā secundam pres  
dictam dicendo. omnis homo est albus. et valereret tantum. omnis homo albus est ho  
mo albus. et per p̄sequens iste due equa valeret. homo est albus. et omnis homo est als  
bus: et quo subiectū in ambabus equaliter se haberet ad suppositionē et restrictionem.  
quod fallit. quia ista conceditur. homo est albus. et ista negat. omnis homo est  
albus. et euā ista esset necessaria. homo est albus: valereret enim tantū: q̄ homo albus ē  
albus homo: modo ista est necessaria: quia idem predicit de seipso: et omnis talis ē  
necessaria. Istis notabilib⁹ sic statibus est.

**C**onclusio responsalis ista. Diffinitio erstrictio nis et  
eius due divisiones cum tribus regulis primis a Pe. hispa. in texu est sufficienter ad  
signata. Veritas huic conclusionis patet ex notabilib⁹ in corpore questionis addu  
ctis et declaratis.

## De restrictione

**A**rguitur primo. Restrictionis diffinitio non est bene posita. igit̄. pbaſ. quia restrictionis non solum conuenit termino cōmuni: sed etiam termino singulari. pbaſ. in ista. socrates albus currit. in qua iste terminus singularis. socrates restringit. pro socrate albo. Dico verum argumentū cōcludit q̄ in ista. socrates albus currit: iste terminus singularis socrates restringit non quo ad supposita: quia nō habet inferius se nec habet supposita sub se: sed bene restringit. quo ad ficationem: r̄ dī. tāli non datur diffinitio illa restrictionis: sed de prima.

**A**rguitur secundo. Terminus non potest restringi. igit̄ diffinitio restrictionis p̄supponit falsum. pbaſ. aīs. Accidentalē non auferit essentiale: sed significatio est essentialis termino: r̄ non potest abesse termino. ergo terminus non potest restringi. Major est nota. quia accidentis non est de intellectu essentiālē rei. ymmo accidens potest adesse r̄ abesse rei per rei corruptionem. vt dicit porph. quia fatio sit forma termini. modo forma est pars essentialis rei. q̄ autem fatio sit forma termini pbaſ. quia forma est que separat r̄ distinguunt. vt dicit septimo metabaphē. modo termini distinguuntur per fationes eorum formales. unde est principiū in logica. terminus vbiq̄ ponitur eque multa fcat. vt cum dico homo albus homo fcat omnes homines sive albos sive nigros: r̄ per h̄ns non restringit ad albos. Dico verum argumentū concludit q̄ terminus vbiq̄ ponitur eque multa fcat significatione essentialis: sed non oportet q̄ ficatione accidentalē. modo restriçio est fatio accidentalis termini: etiam restrictio sit quo ad supposita pro quibus terminus cōmuni supponit: r̄ non quo ad ficationem termini absolutam.

**A**rguitur tertio. Determinatio diminuens etiā habet restringere terminum cui addit. igit̄ regula pma non valer. pbarur aīs. dicendo. homo est albus secundum dentes: vel ethiops est albus secundum dentes. hic albus restringit hoc quod est dentem: valeat enim tantuq̄ q̄ ethiops. denominatur solum albus secundum dentes. Dico verum argumentū concludit q̄ determinatio diminuens distractibēs vel p̄iuas. illa non restringit: vt picuum: similliter mortuum: r̄ generaliter: omnis determinatio diminuens que facit oppositum in adiecto: r̄ de tali intelligit regula. s̄ de terminatio diminuens rationem illius cui addiuit secundū denominationem. vt pat̄ in exemplo adducto: ubi albus additum huic qd̄ est dentem: solum denominat albedinem inesse dentibꝫ.

**A**rguitur quarto. In ista oratione albus homo currit. non est mutua restrictio sic q̄ adiectiuū restringere substantiuū: r̄ econtra substantiuū restriçeret adiectiuū. vt dicit pe. his. in notabilī post primam regulam. pbaſ. sic quia substantiuū non potest restringere adiectiuū. pbaſ. quia omne restringens est determinans: sed omne determinans fcat per modum adiectiū. modo substantiuū fcat per modum substantiis. igit̄ substantiuū non restringit adiectiuū. Major est nota. quia omne restringens determinat illud qd̄ restringit. Minor. quia accus determinat substantiam r̄ pdicata accidentalia denominant suā substantiam r̄ determinabilia per modum adiectiū. Dico verum argumentū concludit q̄ p̄prie loquendo substantiuū non determinat adiectiuū sed econtra adiectiuū determinat r̄ restringit suū substantiuū. Adiectiuū enim non supponit: sed tñ copulat. ideo non potest restringi ad suppositionē p̄e. aut his. dicendo in rectu. q̄ substantiuū restringit adiectiuū loquitur de restrictione cōmuni ter dicta r̄ impropria.

**A**rguitur quinto. Adiectiuū non restringit substantiuū. pbaſ. sic. omnis restrictionis sit respectu supponit: s̄ adiectiuū nō supponit. q̄ adiectiuū nō cōvenit restrictionis. maior patet ex diffinitione restrictionis. r̄ etiā dicitur restrictionis. quasi restrictionis suppositionis. Minor est nota ex his que dicta sunt circa diffinitionem suppositionis r̄ copulationis. ubi dicit̄ est q̄ adiectiuū non supponunt sed copulant tantum

**D**ico verum argumentū concludit q̄ restrictionē passiua p̄supponit suppositionē: et illud qđ restringit passiua hoc supponit: sed non est hoc verū de restrictione actus: modo adiectiūs conuenit restrictionē actua p̄prie: et non passiua nisi imp̄prie.

**A**rguitur sexto. In ista p̄pōne. omnis homo alb̄ currit. iste terminus homo d̄istribuit p̄ omnib̄. ergo non soluz pro albis: vt dicit regula sc̄da pbatur sic. Qui dicit omnis nihil excludit in hac p̄pōne. omnis h̄o alb̄ cursit. hoc signū omnis ponit. igit̄ iste terminus homo distribuit absolute p̄ omnib̄ hominib̄ alb̄ et nigris simul: et non solum pro albis. vt dicit regula. Major est arist. p̄mo celi. minor pat̄. qz hoc sincategorema. omnis habet p̄pria naturā: qz distribuit terminū sequente communē pro omnib̄ suis suppositis: vt dicte p̄. his in tractatu distributionum circa determinationē huius signi omnis. **D**ico verū argumentū concludit q̄ hoc signū vle omnis distribuit terminū communē cui additur pro omnib̄ suis suppositis: si talis terminus accipit absolute et finit et libere. sed quād terminū communis restr. igit̄ per aliq̄ additōne vel restrictionē additānō oportet q̄ signū vle omnis distribuat pro omnib̄ suppositis absolute. qualiter est in p̄posito.

**A**rguitur septimo. Nullus adiectiū potest ponit a parte predicationis. igit̄ pbatur ans. nullus adiectiū est p̄dicatus. igit̄ pbatur de predicatione debet fieri subiectū in conversione. s̄ adiectiū nūc est subiectū. igit̄ adiectiū nūc potest esse p̄dicatum nec ponit a parte p̄dicant. maior pat̄. ex diffinitione conversionis. minor p̄bat quia illud qđ est subiectū debet substare et redicere suppositum verbo. mō adiectiū non potest reddere suppositum. Suppositū em̄ facit subsistenter. adiectiū autē facit adiectenter: et per cōsequēs adiectiū non potest esse p̄dicatum nec ponit a parte p̄dicant. **D**ico vero argumentū concludit q̄ adiectiū non potest esse p̄dicatum nec ponit a parte p̄dicant. verū est solo et per se: tamen adiectiū repetitum cum substantiō suo potest esse p̄dicatum: et sic predicationis in ista. homo est alb̄. est hoc totum alb̄ homo. et valer tantū. homo est alb̄ homo.

**A**rguitur octauo. Terminus a parte p̄dicati habet restringere terminū positiū a parte subiecti. igit̄ regula tertia est falsa. pbatur aīa. forma restringit et limitat materiā dando ei esse: si p̄dicatum habet rationē forme. et subiectū rationē materie: et per cōsequēs p̄dicatum restringit subiectū. Major est arist. p̄mo phisicorum. forma enī limitat materiā ad genus et sp̄m. forma em̄ dat esse rei. Minor pat̄ et autoritate Boetij secūdo topicorū. cum dicit. Talis sunt subiecta qualia permittuntur ab eoz predicationis: et per aīa predicationis restringit subiectum. **D**ico verū argumentū concludit q̄ p̄dicatum cōparatū ad subiectū absolute potest habere rationē forme. sed p̄dicatum cōsideratum in quantum cum subiecto est pars p̄pōis categoricis: non habet rationē forme sed potius materie. Materia enim est ex quo aliquid sit. mō p̄pō categorica sit ex subiecto et p̄dicato sicut ex materia igit̄ et.

**A**trum quinq̄ regule de restrictione sequentes a petro Hispano sint sufficienter assignatae.

**D**uo intellectione questionis motu. Sciendum postq; p̄. his. posuit regulas tres de restrictionibus. iam consequenter subinfert alias quatuor regulas. pro quaerum intellectione.

**A**notandū primo. q̄ Petrus his. duas ostendit regulas de implicatione quanum ad modum restringendi terminos. Quarū prima est ista. omnis implicatio immediate adiuncta termino communī restringit ipsum sicut unum adiectiū qđ ei adderet ipsum restringere. vt dicendo. homo qui est alb̄ currit.

## De restrictione

hec implicatio qui est albo restringit terminus communem homo ad standum pro his minibus tantum albis. quid sit implicatio: et quare sic dicitur: dictum est ante. ¶ Pro intellectu eius istius regulae sciendus est implicatio in propositione aliqua potest se duplere habere. Primo quando immediate adduimus termino communem. ut homo qui est albus currit. et tunc implicatio habetur in ratione adiectiu[m] et restringitur sicut adiectiu[m] additum suo substantia quo ad principale faciat et significacionem. unde ista. homo qui est albus currit. valet tacitum homo albus currit et restringitur hoc solum pro albis hominibus. Secundo implicatio potest poniri in propositione post copulam et post principale verbum tunc terminum cui additur restringitur solum pro significacione. et in ista. homo currit qui est albus: in qua iste terminus communis homo accipit solum pro masculis: et valet tantum homo currit et ille est albus. quia ut dicit Hugo. hoc relatum qui positus inter duo verba et referens totale subiectum resolutur in et: et in ille. ¶ Sequitur corollarie quod quando implicatio immediate additum termino communem facit propositionem categoricam: et non resolutur in qui et in ille. ut hic. homo qui est albus currit. sed quando implicatio ponit post copulam et verbum principale unum facit propositionem: et relatum qui resolutur in et et in ille. ut patet in ista. homo currit qui est albus. ¶ Secunda regula quam ponunt per bis de implicacione est ista: quando signum universale et implicatio ponuntur in aliqua oratione: tunc talis oratio est duplex: et potest habere duplicem sensum. Primum: quod signum universale distributiu[m] additur termino restringibili cui immediate additur implicatio. ut omnis homo qui est albus currit. et tunc signum universale solum distribuit terminum communem cui additur: solum pro his pro quibus restringitur. unde quod in ista propositione. omnis homo qui est albus currit. homo solum restringitur pro albis ergo etiam distribuitur pro albis tantum. Sensus secundus potest esse quod signum distributiu[m] additur termino communem cui non immediate additur implicatio sed mediante omnis homo currit qui est albus: tunc terminus communis distribuitur pro omnibus suppositis et non recipit restrictionem nisi in connotato. ut in textu.

**Notandum secundo. posse ea de his. ponit alias tres regulas quaz prima est ista.** Terminus communis supponens vel apponens verbo presentis temporis simpliciter sumptio: non habentem in ampliandis neque ex se negantem ex aliis restringit terminum communem pro his que sunt sub forma termini suppositus: ut hoc currit. homo est animal. Iste terminus homo supponit pro presentibus hominibus qui sunt sub humanitate: qui acutu participant humanitatem. similiter hic homo est animal. hoc supponit pro presentibus hominibus qui acutu participant animalitatem. Dico notanter primo in regula. terminus communis. quia terminus singularis vel discrevis neque potest restringi nec ampliari. ut dictum est ante. ¶ Dico secundo in regula. Gherbi presertim temporis proprie excludere proba p[ro]pter ut futuri tempore: cum quod terminus communis habet alia supponentes. ut hoc currit. hoc accipit non pro presentibus sed pro enuntiis et praeteriis sicut. Similiter hic. hoc currit. hoc accipit pro presentibus et futuris. ut dictum est circa ampliationes. Dico tertio notanter in regula similitudinem sumptio: quod verba sumpta cum determinacione diminueretur addita termino: non faciunt enim supponere pro his que sunt sub forma et significacione termini. ut sunt iste determinaciones: opinabile: inopinabile: fantasabile: ymaginabile: cu[m] enim dico. hoc est ymaginabile: hoc non facit illud quod participat naturam huius manu[m]. sed facit hunc quem virtus ymaginativa ymaginatur: de qua dicit Aристo. terminus proprius et ymaginacionis non est credendum. ¶ Dico notanter quartu[m] in regula. terminus communis sumptus cum verbo quod non habet virtutem ampliandam: quia terminus communis cum verbo quod habet virtutem ampliandam talis terminus communis non accipit pro illis que sunt directe et per se sub forma et significacione termini. ut homo potest esse. et quia iste terminus homo accipitur non pro hominibus exceptisibus proprie: sed pot-

tius pro his qui possunt esse. ¶ Dico ulti<sup>m</sup>o in regula. neq; termino habenti v*is* am  
pliatur ex alio vel virtute alterius. quia terminus cōmuni<sup>s</sup> addit<sup>ur</sup> dictioni que has  
beret vim ampliatur aliunde: talis terminus cōmuni<sup>s</sup> non supponere pro se et di  
recte pro his: pro quibus e<sup>s</sup>ua significatio et forma. vt cum dico. homo est potens e<sup>c</sup>.  
hoc participium potens habet vim ampliandi ratione sui verbi p<sup>ot</sup>: non accipit ers  
go in predicta positione. iste terminus hō pro hominib<sup>y</sup> p<sup>ot</sup>rie existentibus sed pro il  
lis qui possunt esse et generari.

**Notandum tertio. Secunda regula quā ponit pe. his. de**  
restrictione facta per verbum .est ista. Terminus communis supponens vel appos  
nens verbo preteriti temporis simpliciter sumpto non habenti v*is* ampliandi nec ex  
se nec ex alio: restringitur ad supponendum pro his que sunt vel fuerūt sub forma ter  
mini supponentis. vt homo fuit animal. iste terminus cōmuni<sup>s</sup> homo supponit et ac  
cipit ratione huius verbis fuit pro omnib<sup>y</sup> his qui fuerunt homines predicatum aut  
animal accipitur pro his que dicta sunt in regula prima. ¶ Tertia regula quam pos  
nit pe. his. est ista. Terminus communis sive supponens sive apponens verbo fui<sup>r</sup>  
temporis simpliciter sumpto non habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio: talis  
terminus cōmuni<sup>s</sup> supponit et accipitur pro his que fuerūt erunt in futuro. vt homo  
erit animal. hoc subiectum homo accipitur pro hominib<sup>y</sup> qui sunt vel qui erunt in fu  
turo: et etiam predicatum animal accipitur pro animalib<sup>y</sup> que sunt vel erunt in fu  
turo. inter predicatum enim et subiectum debet esse mutua propozitio. Deinde autem  
in istis regulis. terminus communis sive supponens sive apponens. unde iste termi  
nus dicitur supponens qui reddit suppositu<sup>m</sup> verbo et substati ipsi verbo. Sed iste ter  
minus et apponens qui postponitur verbo. vi: hō ē animal. hō ē nominatiu<sup>m</sup> suppos  
nens. animal aut nominatiu<sup>m</sup> apponens. Que aut sic differentia inter nominatiu<sup>m</sup>  
supponentem et apponentem diceat inferius in uno argumento:

**Notandum quarto et ulti<sup>m</sup>o q<sup>uod</sup> pe. his. post regulas iam**  
dicatas mouet vnu<sup>m</sup> sophisma. et c. Omne animal fuit in archa noe. Qd probat et im  
probat. put et sophismata pbari et impobari debent. Et primo pbat q<sup>uod</sup> sophisma p  
positum sit veru<sup>m</sup> per induentes. et arguit sic. Inducentes sophismatis sunt vere: i<sup>g</sup>i  
tur sophisma verum. tenet p<sup>ra</sup>na: quia ab iudicentibus ad induciam est bona cōsequen  
tia. vt probatur scđo pnoz. Est enim inductio. processus ab omnibus singularibus  
sufficienter enumeratis ad eius vnuersale. Sed aīs. pbatur sic. quia sequitur bene.  
homo fuit in archa noe. bos fuit in archa noe. leo fuit in archa noe. et sic de alijs. i<sup>g</sup>i  
omne animal fuit in archa noe. tenet p<sup>ra</sup>na ab inducentibus ad induciam. Ans patz au  
toritate scripture diuine: que ostendit q<sup>uod</sup> in diluvio noe animalia fuerant saluata in ar  
cha noe. Improbab autem sophisma sic. Omne animal fuit in archa noe. sed cesar Ius  
tus fuit in archa noe. ergo cesar iulius fuit in archa noe. qd falsum est. quia non vixit tem  
pore noe tenet p<sup>ra</sup>na in dñi. quia conclusio est falsa. et ergo aliqua premissarum: et  
non minor. ergo maior: que ē sophisma ppositu<sup>m</sup>. et per p<sup>ra</sup>ns ista est falsa. omne animal  
fuit in archa noe. Deinde pe. his. adducit solutionē cōmuni<sup>s</sup> communem logicorum quam cō  
muniter logici assignant in verificatione huius sophismatis. et dicit q<sup>uod</sup> distributio est  
duplex. quedam est distributio pro singulis genet. i. pro singulis individuis contem  
sub aliquo genere et etiam sub speciebus. que species sunt sub genere. et sic ista est fals  
sa. omne animal fuit in archa noe. quia non omnia individua species animalis fuerat  
in archa noe. quia aristote: non fuit: nec nos fumus. Alia autem est distributio pro ge  
neribus singulorum. i. pro speciebus huius generis animal. et sic conceditur ista. omne  
animal fuit in archa noe. q<sup>uod</sup> de qualibet spē animalis fuerant animalia in archa noe que  
non poterant vivere in aqua. Hac tamen distinctionē et solutionē p veritate sophisma

## Berestrictione

Et a petri hispani non acceperat dicit qd hoc sophismaz absolute est falsum. species em et vniuersale per se non fuerat in archa noe. sed individua. vle enim in se non est in loco nec tempore. sed individua mensurant loco et tempore. Et dicit qd probans veritatem sophismatis peccat penes fallaciā sequentis. quia non facit sufficiētem inductionem. Logici tamē alij cōcedunt cōmūniter sophisma hoc et maxime referēdo ad tempus diluvij. omne em animal quod in diluvio non est submersum et māsi tempore diluvij; hoc fuit in archa noe. intelligendo etiā de animalibus perfectis que non generantur ex putrefactiōe et que vita in aqua habere nō possunt. talia enim nō fuerant in archa noe. Unde et cōmūniter logici dicunt qd omne animal qd ante diluvium non ē mortuū. nec post diluvium genitū fuit in archa noe. et hoc est verū. Iulis itaqz notabilibz sic statibus est.

**Conclusio responsalis Regule Petri hispani in textu**  
posita a pe. his. et similiter determinatio huius sophismatis: omne animal fuit in archa noe. a petro hispano sunt sufficienter assignatae. Veritas huius conclusionis patet ex notabilibus et declaratione regularum.

**Arguitur** primo. In ista ppositione homo est animal. iste terminus homo non stat et accipitur p his que sunt sub forma huius termini homo: vel significatiōe. igitur prima regula est falsa. probatur antecedens sub forma et significatiōe huius termini homo sunt omnes homines et p̄tites et preteritū et futuri: sed in ista: homo est animal. iste terminus homo accipitur solū p̄ p̄tites et futuris igitur in ista: homo est animal. iste terminus homo non accipitur p̄ forma et significatiōne totali huius termini homo. Haec est nota. quia impositio termini ad scandū non est ad vñā differentiam temporis: sed generaliter ad omnē: vt determinat magister iohannes iussisse in suis modis scandū. Dicor patet: quia in ista ppositione: homo est animal: extrema supponit fm exigentia copule. modo copula est plenaria temporis. Est enim regla cōmūnis logicæ: qd extrema p̄ponis verificant fm exigentiam copule. Qd verū argumentū concluderet si in ista ppositione homo est animal: hoc verbum est esset presentis temporis tantū: sed potius est dicendū qd absoluatur a tempore: et nō importat certū tempus tantū: sed generaliter quodlibet tempus: quemadmodū et dicimus similiter de illa. tonitru est sonus factus in nubibus. Aristoteles em p̄imo metheoroz concessit istam. tonitru est sonus factus in nubibus: et tamen si hoc verbū est esset solū presentis temporis: p̄positio esset falsa. sic et de illa: homo est animal: in qua hoc verbū est importat generaliter quodlibet tempus. et valet tantū quā docūqz est homo: tunc est animal: et quandocunqz fuit homo tunc fuit animal: et quā docūqz homo erit tunc erit animal. Ista est solutio cōmūnis quā logici dant ad argumentū p̄positum. Utru autem sit bene posita ex omni parte: dicetur inferius in consequentijs.

¶ Sequitur corollarie qd verbū absoluū a tempore non est verbū priuari tempore omnī modo. quia hoc est falsum. verbū em significat actū: et omnis actus mensuratur tempore: vt ostenditur quarto physicoz. sed verbū absoluū a tempore est ipsum verbum in ppositione positiū non designare vnum tempus actualiter tantū: sed generaliter quodlibet sub indifference. vt patet in ista. tonitru est sonus factus in nubibus.

**Arguitur** secundo. In ista ppositione homo est animal: homo non accipitur p̄ presentibz: iuxta regulā. probatur. quia in hac ppositione homo est animal. non faciat aliquid tempus. igitur subiectū non accipitur tantum ad presens tempus. probatur sic: quia sequeretur qd hic non esset p̄dicatio essentialis homo est animal: qd est falsum: genus enim predicitur de specie: modo talis est essentialis. vt dicit primo metheoroz. probatur sequela. Nulla p̄dicatio est essentialis in qua importatur aliquid accidentaliter. sed in ista hō est animal importatur aliquid accidentē. igitur ista non est p̄dicata

eo essentialis: homo est animal. **D**atoz patet ex diffinitio p̄dicatiois essentialis. me noz quia in ista p̄positione importatur tempus p̄ hoc verbum substantiū est: qd scat cū tēpore: modo rēpus accidit tribū temporib⁹. vt dicitur q̄rto phisicorum.

**D**ico verum argumentum concludit q̄ ista predicationis accidētalis in qua p̄ extrema vi per subiectū vel predicationis importatur aliquod accidēs. vi homo est albus similiter hic album est ho: sed non per copulā.

**E**rguitur tertio. Verbi p̄nitis tēporis non tantū restringit terminū cōmūnem. sicut regla prima data de verbo est male posita. pbatur aīs dicēdo. socrates currit. **D**oc verbum preteriti temporis cucurrit restringit istū terminū singulare socrates ad standū p̄o p̄ntibus et preteritis: quemadmodū et hic homo currit.

**D**ico verū argumentum concludit q̄ terminus singularis positus a parte subiecti respectu verbi preteriti temporis positus a parte predicationis potest limitari quo ad actus verbale conuenientē rei scat per subiectū: sed nō quo ad supposita quod requirit ad restrictionē. vñ ista: iohānes cucurrit: valet tantū iohānes in presenti currit: vel etiam in preterito fecit actum currendi.

**A**rguitur quarto. Verbi non potest restringere nūm apponēt. sicut regula prima de restrictione p̄ verbū facta est male posita. pbatur. omne quod restringit aliquid: determinat illud: sed verbū non potest determinare nūm apponēt. sicut. **D**atoz est r: ora: qz restringere est determinare. **D**inor. pbatur. omnis determinatio debet sequi suū determinabile: sed verbū precedit nūm apponēt. sicut verbū nō restringit nec determinat nūm apponēt. **D**atoz est nota similiter: et passet inductive. semper enim determinatio sequitur suū determinabile. vt homo albus. **D**inor est sīl nota: et patet in ista hō est aīal. Iste nūm apponēs sequitur h̄ verbū est.

**D**ico verum argumentum concludit q̄ in ista homo est animal: hoc verbum est precedit nūm apponēt quo ad sīl et vocē locutionis: tamē aduenit ei per cōficiōnē tēporis: quod tempus ambū inherentiā p̄dicari ad subiectū. et hoc modo temp⁹ quodāmodo est posterius ipso nō apponēt.

**A**rguitur quinto. Nullus est nūm apponēs respectu verbi. sicut probatur antecedēt. omnis nūm debet conuenire cū verbo circa quod ponitur in numero: sed nominatiū apponēs non conuenit cum verbo circa qd ponitur in numero. sicut nullus est nūm apponēs. **D**atoz est vnu: in principiū in grāmatice. nūm em et verbū personale debent conuenire in numero. **D**inor patet in ista oratione homo ē animal. iohānes est homines. **D**ico verū argumentum concludit q̄ nominatiū constructus cum verbo debet conuenire cum verbo in numero: verum est de nominatiōne supponēt sed non apponēt. Iste enim sunt congrue. patet quia sunt falsi: et p̄ p̄ns sunt congrue. dicitur enim primo periermeniarū. verū et falsum supponēt congruum. q̄ autem iste sunt false. quia iohānes nō est homies sed est vnu homo. sīl homo nō est animal: sed quilibet homo est vnum animal.

**A**rguitur sexto. In ista p̄positione homo fuit aīal: non est restrictio sicut secunda regula falsa de restrictione per verbum. pbatur aīs. ampliatio non est restrictio. sed in ista homo fuit animal: est ampliatio: sicut in ista nō est restrictio hō fuit aīal. **D**atoz est nota. qz restrictio et ampliatio sunt p̄prietates terminoz specificē differentes. **D**inor patet: quia ampliatio fit ad plura tempora: sed in ista homo ē aīal homo supponēt et accipit ad plura tempora. Sicut. maior patet ex his que dicitur sunt circa ampliations. **D**inor patet: quia in ista homo fuit animal: homo accipit ad presens et preteritum. **D**ico q̄ in ista homo fuit animal: homo ampliatur et etiā restringitur respectu diversoz. restringitur quidē rōne ficationis sue totalis et vniuersali: quia homo generalis et vlt̄ scat presentes preteritos et futuros rōne sue impositiōnēs. sed in ista: homo fuit aīal: homo accipit solum p̄ p̄ntibus et preteritis. sed in ista

## De restrictione

homo sicut animal est ampliarior si acceptio huius termini homo referit solu ad scata pntialiter existit huius termini homo; et sic non implicat in una et eadem propone esse ampliationem et restrictionem respectu diuersorum.

**Arguitur** septimo. Ista propositio omne animal fuit in archa noe; est simpliciter vera; igitur littera falsa. probatur anno. omnis propositio de preterito semel vera; semper est vera. sed ista omne animal fuit in archa noe; est una de propositis; et semel fuit vera. igitur semper est vera. Major quia ad preteritum non est potentia minor. quia tempore diluvii ista fuit vera. omne animal fuit in archa noe de aialibus quod non poterat vivere in aqua. Quidam et maius intelligitur omnis propositio de proposito semel vera semper est vera. verum est rebus existentibus et statibus de quibus talis propositio est vera. sed res nunc sunt mutatae. plures enim homines et plura animalia sunt genita quod ante fuerant et tempore diluvii et sic argumentum non concludit.

**Arguitur** vltimo. omne animal fuit in archa noe; est simpliciter vera. probatur. de tribus est verum dicere omnia. quia dicit primo celi omnia super tria ponimus. sed tria animalia fuerunt in archa noe. igitur omne animal fuit in archa noe. Minor est nota. quia de qualibet specie aialis ad minus fuerunt duo. et sic verum est quod tria fuerunt animalia in archa noe. Dico verum argumentum concludit quod de tribus animalibus vero est dicere. omne animal. quia signum vel affirmatum ad minus exigit tria appellata. quia de duobus non est vero dicere omnia. nisi ex isto non sequitur quod ergo hoc signum omnis vel omne solu distribueretur per tribus animalibus. nec Aristoteles. vult quod propositio in qua ponitur hoc signum omnis verisicaretur simili per tribus suppositis tantum; sed vult dicere quod ad minus debet habere tria supposita actu vel aptitudine.

## Atrum termini eodem modo restringantur in propositione affirmativa et negativa.

**Pro** intellectio questionis more sciendis postquam Pe. his ostendit quid sit restrictio et posint plures regulas de restrictionibus; iam pertinet in fine huius tractatuli restrictionum mouet unum dubium: utrum termini eodem modo restringantur in propositione affirmativa et in negativa.

**Notandum** primo quod per his in decisione huius dubij arguit pro ambabus partibus. Et primo arguit quod termini non eodem modo restringuntur in propositione affirmativa et negativa distinctarum rerum et diversarum distinctione et distinctiones sunt opposites et proprietates. Sed ecce quod ipsoz propositio affirmativa: et non esse quod impossibile propositio negativa sunt diversa. igitur in propositio affirmativa alter sit restrictio: et alter in negativa. in affirmativa quod adesse. in negativa quod non esse.

**Arguit** secundo. sic Pe. his. Si in propositio affirmativa et in propositio negativa termini eodem modo restringerentur: tunc sequeretur quod omnis propositio negativa esset falsa in quod esse negaret: quod falso est. probatur autem sequelam sic. Cum enim dicitur Rosa est rosae restrictio per hoc verbum substantiuum primitus ipsius ad rosas existentes. Cum autem rosa non est. si iste terminus rosa eodem modo restringeretur ad primos: tunc valeret tunc quod rosa non est quod taliter est impossibile. ostendit enim in methice et contradictione silogismus et semel de eadem recte dici non potest: stat autem quod et non est sicut contradictio quod eodem modo dicatur diversitas et de nullo ab eo sit.

**Hegel** tertio sic Pe. his. Diversitas in effectibus presupponit diversitatem in causis. quod idem in quantum idem. ut de secundo de generando. solu facit idem. et modo de aia de diversorum diversa sunt principia. Ita ista affirmativa rosa est: est vera. et ista negativa. nulla rosa est. quod est falsa. et ista diversitas veritatis et falsitatis non ostendit ex alia causa nisi ex diversa et varia restrictione terminorum in propositis: quare excluditur quod alter terminus re-

striguntur in p̄pōe affirmativa: et aliter in negativa.

**Notandum secundo in oppositam partem.** scz q̄ termini  
ni restringunt eodē mō in p̄pōne affirmativa sicut in negativa pe. his. arguit talis rōe  
Omne verbū simpli simpiū non habēs vim ampliand: nec a se nec ab alio restrin-  
git terminū circa quem ponit solū quo ad cōsignificationē temporis: t̄ non quo ad si-  
gnificationē absclara: t̄c p̄pōs ergo verbi erit cā h̄mōi restrictiōis. constat autē q̄ in am-  
bab̄ p̄pōnib̄ tam in affirmativa q̄ in negativa sc̄t idem temp⁹ per hoc verbuz sub-  
stantium est. q̄ presens: t̄ per p̄pōs termini in ambab̄ eodē mō restringunt Rō secun-  
da quam adducit pe. his. q̄ termini in p̄pōne affirmativa et negativa codē mō restrin-  
gunt. quia si iste terminus hō aliter restringeret in ista affirmativa. hō est. et aliter in  
ista negativa nullus hō ē. vi in prima. hō ē. pro hominib⁹ existentibus. et in secunda. sc̄  
nullus hō ē. pro non existentib⁹. sequeret q̄ due contradictionie essent simul vere. qd̄ ē  
contra Aristo. quarto methaphysice. p̄bāt sequela. quia prima valeret tm̄. hō est. id est  
hō exīs in rez natura ille ē. et hoc est verum. Similiter sedā esset vera. nullus hō est  
q̄ valeret tm̄ q̄ hō q̄ nō ē exīs: ille n̄ ē. et hoc est verum. Ad idē. p̄bāndum Arguit  
quarto pe. his. sic in p̄pōnib⁹ oppositis debet obseruari cedez. p̄prietates logicales: vt  
est ampliatio. restrictio. sed p̄pō affirmativa et negativa opponuntur. ergo in ipis debet  
obseruari eadem restrictio et per p̄pōs termini in affirmativa et negativa eodem mō  
restringuntur. vi patet in ista diuab. Rosa ē. nulla rosa est. Major est vna cōduio ro-  
quisita ad p̄pōnes oppositas. Minor q̄ iste due p̄dicte opponuntur contradictionie. mō  
contradiccio est affirmatio et negatio opposite. vi dicit in postp̄dicamentis.

**Notandum tertio Pe. his. post argumentationem in**  
vīrās parē ostendit q̄ termini in p̄pōne affirmativa et negativa eodē mō restringuntur:  
q̄ p̄mū argumentū in notabilis p̄mo positiū non cōcludit nec vēnū est q̄ in p̄pōne  
affirmativa termini restrigerent ad esse et p̄ existēb⁹: et in negativa ad nō esse et p̄  
nō existēb⁹: et deducit hoc p̄ simile. In ista tm̄ hō currit hoc verbū currit nō restringit  
istū terminū homo ei supponēt ad homines currēt: q̄ verbum non restringit  
terminū ad sc̄tationē: sed q̄ ad confessionē que est tēpus. et sic nō restringit ad suppo-  
sita existētia s̄ p̄tia. Supposita em̄ p̄tia in aliq̄b⁹ terminis p̄t esse iā existētia q̄  
non existētia. sicut cū dicimus: enūciabili est enūciabile accipit et supponit tam p̄  
enūciabili existib⁹ q̄ nō existētib⁹: et sic enūciabilia falsa dicitur p̄tia: sed nō dicunt  
existētia. q̄ falsum non existit in natura. licet enūciabilia falsa sunt in p̄tia. pr̄ ergo  
q̄ in p̄pōne affirmativa esse nō restringit ad existētia: s̄ ad p̄tia. et sic etiā sit restrictio  
in propositione negativa et affirmativa equaliter terminoz q̄ quo ad presentia Ad in  
stantiā aut̄ non secundam dicit Pe. hispa. q̄ forma et featio termini cōmuni est du-  
plex quedā q̄ salutatur in rebus existētib⁹ tantū. ut est natura humana: natura anima-  
lis: non ens enim non dicit homo: nec participat naturā humānā. sic etiā non ens nō  
dicitur animal: nec participat naturā animalis. Alia est autē forma et featio termini  
que salutatur tam in rebus existētib⁹ q̄ nō existētib⁹: ut enūciabilitas: que est forma  
et featio enūciabili: et salutat in aliquibus enūciabili que existunt p̄tis. ut deū esse  
et generaliter ut sunt omnia vera. In alijs aut̄ enūciabili etiam salutatur forma et  
featio enūciabili: sed illa enūciabilita non existit. ut hominem esse animū. et ut ge-  
neraliter sunt omnia falsa.

**¶** Sequitur corollarie primo q̄ in enūciabilita secundo modo dicitur non sit restric-  
tio termini cōmuni ad existētia tantū sed restringit terminus cōmuni tam ad ex-  
istētia q̄ nō existētia.

**¶** Sequitur corollarie secundo q̄ istius propositionis. rosa non est. non est sensua  
nec valor. Rosa que est non est: quia oppositum p̄dicaretur de opposito: sed valeat

## Ber restrictione

em:rosa pñtaliter sumpta non est. vnde et ppter hoc. hec ē vera. Rosa est. hec autem falsa. rosa non ē. intelligendo cum a natura determinatus et ordinatus est tempus cre scente rosaz: ut in estate: et per hoc etiam soluitur ratio tertia.

**N**otandum quarto et ultimo q̄ Ne. his. in fine huius tra citulū ponit duos modos restrictionis qui plus dependent a voluntate nostra q̄ ab arte vel a natura rei. Primus modus est q̄ quedā est restrictio ab. ysi. vt cum dicit nihil est in archa vel cista. in qua terminus iste nihil accipitur pro rebus solidis et sensibilibus. valet em̄ tantuq̄ nulla res sensibilis est in archa vel cista nihilominus tamen aer ē in archa vel cista: qui non est sensib⁹ lis. Alias enim ponere vacuu⁹ qd̄ est contra Arist. quarto ph:coz. Secundus modus restrictionis ē per transitionē verbi vt dicendo. socrates pascit hominem. iste terminus homines supponit pro alio homine a socrate virtute transitionis et ppter actu transitiuum huius verbi pascit. Non ē eadē ppter idem recipiens et vel suscipiens et dans quia idem acutio directa non agit in seipsum: et ideo aliquando si sum idem hoc est per accidentis. sic ut idem est aliquando dicit et comes hoc est per accidentis. tamen inter se distincta sunt. Sequit corollarie q̄ ista pñna non valet iuxta hanc restrictionem. socrates pascit seipm. et socrates ē homo. ergo socrates pascit seipm. sed cōmitū fallacia accidentis. quia hoc pñomen se ē pñomen reciprocū: et non potest supponere pro diuersis et alijs hominibus a socrate. Iste notabilib⁹ sic statut⁹ est.

**C**onclusio responsalis q̄ termini eodem modo restri guntur in pñone affirmativa et negativa. Veritas huius conclusionis. pateat ex ratio nib⁹ in notabili secundo adducens. quare conclusio vera.

